

**Responsio ad scriptum anonymum
De Sacramentis Initiationis Christianae.**

**Ex.mo ac Rev.mo Patri ac Magistro
D.no Doctori Raphaeli Romo Muñoz
Archiepiscopo Metropolitano
Provinciae Ecclesiasticae Tigiuaanaensis.**

Ex.me ac Rev.me Praesul,

Per tramitem Decanati die 11 Aprilis anni Domini 2008 mihi pervenit scriptum sine Auctoris nomine sic intitulatum: “La Iniciación Cristiana”, datum die 3 Aprilis ejusdem anni. Decanus noster, Rev.dus D. Eduardus Martínez nobis indicat ibi dari “Criteria communia pro Sacramentis Initiationis Christianae”. A nobis petit ut Correctiones, modificationes, etc. scripto Officio Pastoralis tuo in Aedificio Salvatierra tradamus, quod libenter exequor.

Faveas per me, Tigiuaanae altum, audire populationem Tigiuaanaensem quae propter derelictionem et scandala presbyterorum jam fessa transit ad sectas acatholicas et quasi oves sine pastore vagantur inter vitia et ignorantiam.

Ego infans hac in urbe septies mutavi domicilium septiesque scholam primariam hac in urbe Tigiuaanaensi annis 1953-1959: catechesim sex in locis diversis recepi: in Ecclesia N.D.nae Guadalupensis, Immaculatae Conceptionis, Sacrae Familiae, N.D.nae Sacri Cordis, Actionis Catholicae et in Colonia Independentia.

Et sicut ego centena millia puerorum Tigiuaanaensium non habent heic manentem civitatem, mutantur domicilia constanter et non possunt duos annos ad Primam Communionem et, ordine mutato traditionali, alios duos ad Confirmationem recipiendam ut conditionem habere modo odioso et burocratico sicut accidit in Statibus Foederatis Americae Septentrionali vel in Dioecesibus a quibus plerique Pastores, advenae recentes, proveniunt: nativi et indigenae cognoscimus situationem quia eam experti sumus.

Effectus hujus injustae legislationis non erit alius nisi major exitus ab Ecclesia et animorum defatigatio et tristitia omnium eorum qui vere adlaborant in profectum animarum. Quod omnes tangit ab omnibus probari debet et majoritas fidelium hoc non adprobat: facite plebiscitum! Et videbitis quod non mentior.

En solutio: In necessariis unitas, in accidentalibus libertas, in omnibus charitas: ne imponantur onera majora, sicut in Concilio Hierosolymitano: Parochi criteria sana habere debent, respectus eorum habeatur, normae videantur Sancti Pii Decimi et ultimum Decretum ad rem S.C.

- "... inter christifideles omnes... vera viget quoad dignitatem et actionem aequalitas..." (Can. 208) y además "Pro scientia, competentia et praestantia quibus pollent, ipsis jus est, immo et aliquando officium, ut sententiam suam de his quae ad bonum Ecclesiae pertinent sacris Pastoribus manifestent, etc." (can.212,3)

- n. 3: La contradicción con el Orden tradicional de los Sacramentos que es: "Sacramenta baptismi, confirmationis et sanctissimae Eucharistiae" Can.842. y que ninguna autoridad puede cambiar: Can 838, 3 "intra limites suae competentiae".

- n. 12: El tomar falsamente una mera ocasión por el sitio natural de la Evangelización y Catequesis. Los sacramentos son un derecho de los fieles: Can. 843,1 "Ministri sacri denegare non possunt sacramenta iis qui opportune eadem petant, rite sint dispositi, nec jure ab iis recipiendis prohibeantur" y no se puede condicionar su recepción por leyes que contradigan el Derecho Común.